



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

57. De matrona Geneuensi, quæ Deiparam virginem & sacerdotes
irridens, problemq[ue] suam à sacerdote baptizari nolens, mortuam
sobolem postridie enixa est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

*pidem ad patibuli locum transtulisset, ut damnati
in illo plecteretur, primus in eodem decollatus est.*

CAP. LVI.

EXcusus est Antuerpiæ anno 1568. ab E-
manuele Troncio dialogus Passeuanti
& Pasquini idiomate Belgico, de vita & mo-
ribus Caluini, Vireti, Bezae, & aliorum, ap-
probatus à Commissariis Regiæ Majestatis, in
quo cum multa de artibus & stratagematis
istorum hominum retulisset author, (qui gra-
uibus de causis, in prologo commemoratis,
nomen suum dissimulandum duxit,) tandem
sub libelli finem, quædam recenset digna me-
moratu. Ait enim, quendam ex Optimatibus
Genevæ consilio & auctoritate sua obtinuisse,
vt in basilica primaria D. Petro Apostolo
consecrata, summi altaris lapis, (quem Inno-
centius III. & alij canonum authores mensam
altaris vocant) loco moueretur, & in locum
supplicij transferretur, vt damnati in eodem
decollarentur, idque in contumeliam, & con-
temptum tremendorum mysteriorum. Con-
tigisse verò deinde, vt idem ille quantumuis
primarius Senator Geneuensis, primus in eo-
dem lapide capitali censura plecteretur, instar
Aman, (*Est her. 7.*) qui suspensus est in patibu-
lo, quod Mardocheo parauerat.

*De matrona Geneuensi, quæ Deiparam virginem ex
sacerdotes irridens, prolemque suam à sacerdote ba-
ptizari volēs, mortuam sobolem posttridie enixa est.*

CAP.

Refertur in eodem Dialogo, iam tertium excuso (vt author in præfatione scribit) quod, cum Pharellus & Viretus primum Genevæ secretò concionarentur, & Catholicò ritu in solempni quodam festo virginis Deiparæ Processio cum SS. reliquiarum deportatione institueretur, matrona quædam primaria & Deiparam & sacerdotes irrisit, postmodum enixa sit puerum mortuum. Quo viso, aperte sinistram suam machinationem confessâ sit, nimirum se iam antea decreuisse, non permittere prolem suam à quoquam sacerdote baptizari, sicuti nec baptizata est.

De duobus viatoribus, quorum alter alterum cruce se signantem contra vim tempestatis, irridens, fulmine interijt.

Subiungitur & aliud in eodem Dialogo, memoratu dignum de duobus Genevæ Lausannam euntibus, cumque tempestas gravis ingrueret, cum tonitruo & fulgure arque alter illorum se signaculo S crucis antiquissimo Christianorum ritu muniret, alter cum irridens, sicine, inquit, vis muscas à naso tuo abigere? nam huiusmodi faciliis omnia sacra ludificantur: & ecce protinus denuo cælum intonat, idemque ille irrisor fulmine percussus moritur, altero isto cruce signato incolumi manente, qui mox rem gestam per totam Gene-